



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Conradi Oligenii J. C. Dissertatio De Primariis Precibus
Imperialibus**

Corradini, Pietro Marcellino

Friburgi Brisgoiae, 1707

XXXIII. Concordata electiones canonicas tuentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63022)

thedralium, & Abbatialium dare: quod nemo prudens dixerit: quin constat post concordata jam dicta, nullum Imperatorem spatio fere trecentorum annorum prædicta tentasse.

Enimvero in concordatis præsentis & XXXIII. laudante Imperatore, totaque Germania Concordata plaudente, cautum fuit Cathedrales Ec- electiones ca- clesias, & Abbatiales in futurum provi- nonicas tuen- dendas, servata forma electionis cano- tur. nicæ, & sic cum plena libertate eligentium: quod directe pugnabat cum investituris, & Regio patronatu ab Imperatoribus expetitis, unde planum erat hæc pacta, patronatus, & investiturarum prætensiones, quibus contradicebant, fustulisse; neque necesse erat abusus prædictos exprimere, cum satis esset Imperatore præsentis, & subscribente, iisdem per contraria pacta abrogatum. Sic quanquam prædecessores Friderici primarias Preces direxissent, neque eæ in concordatis expressæ legantur; nihilominus satis fuit Imperatori contrahenti nil reservatum fuisse, & pacta talia adjecta, repugnantia omnino primariis Precibus: quæ procul dubio contradicunt cuilibet concordatorum verbo, ex superius relatis, præsertim dum concordata prædicta paulo post Basileense Conciliabulum

44 *De primariis Precibus Imperialibus*
scripta sunt: apud quod instituisse proba-
vimus Germanos omnes, qui in Comi-
tiis Moguntia celebratis adfuerunt, sup-
plicantes pro Conciliari decreto, quo sta-
tueretur Principibus fas non esse: *Pro*
quopiam commendando molestis Precibus,
aut violenta comminatione premere, aut
cogere electores, addentes praeterea expe-
ctativas, mandata de providendo vaca-
tura, & reservationes vacaturorum ab
Ecclesia Dei eradicandas, ex Goldast.
saepeditato tom. I. pag. 401. 403. cap. 4.
num. II. 12. & 34.

XXXIV.

Concordata
in gratiam
Germano-
rum conscri-
pta. XXX

Omnes in
hac parte
libri in-
duntur
tunc
cum per-

Quare si concordata conscripta fuere
in gratiam Germanorum, & ut eorum-
dem clamores cessarent, atque Decreta
à Basileensi Conciliabulo, cui Germani
adhæserant, evanescerent; nemo pru-
dens rerum aestimator arbitrabitur con-
cordata ea intentione inita præservasse
jus primariarum Precum, quibus electo-
res minis premebantur, & Collatores co-
gebantur conferre vigore comminatio-
num Principum, qui disponebant quo-
que de vacaturis. Itidem si in mensibus
assignatis Ordinarius Papa sibimetipsi
inhibuit eas concessiones, quæ quomo-
dolibet vacatura continebant; vix credi
potest id, quod inclyta Natio petiit, in
posterum Pontificibus Romanis haud